Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

singuli sine auxilio reliquorum tantae molis gubernaculum retinere sustinere
non possunt. Deus aut: qui est aeterna mens ex omni utique parte perfecte con
summateque virtutis est. Quod si verum est. unus sit: necesse est. potestas n. uel
virtus absoluta retinet suam propriam firmitatem. Id autem solidum existi
mandum est. cui nihil decedere: Id perfectum cui nihil possit accedere:
Quis dubitet potentissimum esse regem: qui totius orbis habeat imperium:
Hesque merito: cum illius sint. quae ubique sunt omnia. cum ad eum solum oes
undique copiae congeantur: At si plures partiantur orbem minus certe o
pem. minus uirium singuli habebunt. cum intra praescriptam portionem
se quisque contineat. Eodem modo & dy si plures sint: minus valebunt. alys
tantudem in se habentibus. Virtutis aut perfecta natura in eo potest esse: in qo
totum est: exigua in eo: in quo pars de toto est. Deus vero si perfectus est: qua
perfectus est: ut esse debet: non potest esse nisi unus: ut in eo sint omnia: Deos
igitur uirtutes ac potestates infirmiores sint: necesse est. Qua tantum in singu
lis deerit: quantum in caeteris fuerit. Sed quanto plures tanto minores erunt:
Quid quod summa illa rerum praesertim ac diuina uis ne semel quidem diuidi potest:
Quicquid n. capit diuisionem. & interitum capiat: necesse est. Si autem
interitus procul est a deo. quia incorruptibilis est. & aeternus: consequens
est: ut diuidi praesertim diuina non possit: Deus ergo unus est. si nihil aliud
esse potest: quod tantudem capiat potestatis. & hi tamen: qui multos esse ar
bitrantur. officia inter se dicunt esse pretiosa: de quibus omnibus suo loco
disputabimus. Illud interim. quod ad presentem locum pertinet: teneo: Si pre
sunt inter se officia: eodem reuoluitur res. ut ex his quilibet sufficere omni
bus nequeat: perfectus igitur non erit: qui cessantibus caeteris non potest omnia
gubernare: Sed fit: ut ad regendum mundum unus perfecta uirtute magis
opus sit: quam imbecillitate multorum. Qui autem putat hanc tantam mag
nitudinem non posse ab uno regi. fallitur. neque: quanta sit uis ac potestas
diuinae maiestatis intellit. si existimat singularem deum. qui facere deum
mundum potuit. eundem regere non posse: quem fecit: At si concipiat
animo quanta sit diuini huius operis immensitas. cum antea nihil esset.
tamen uirtute atque consilio dei. ex nihilo esse conflatum: quod opus in
si ab uno inchoari pficique non potuit. tum intelliget multo facilius esse
ab uno regi: quod est ab uno constitutum. Dicat fortasse aliquis. ne fabri
cari quidem tam immensum opus mundi. nisi a pluribus potuisse. Quan
libet multos: quamlibet magnos faciat: quicquid in multis magnitu
dinis potestatis. virtutis. maiestatisque posuerit. id totum in unum confero.
& in uno esse dico: ut tantum in eo sit istarum rerum: quantum nec

Solidum.
Perfectum.